

Petrus de Vinea

*Ep. V 109 (Cum pro gratis
et acceptis seruitiis...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 109 (Cum pro gratis
et acceptis seruitiis...)*

1240?

Capitaneo, ut assignet prouentus duorum castrorum quibusdam, qui propter fidem sunt exules.

1. Cum pro gratis et acceptis seruitiis, quae R. et A., fideles nostri, maiestati nostrae exhibuerunt hactenus et exhibent incessanter; ac propter expertam et indubitata[m] fidem eorum, quam constantem semper erga nos et seruitia nostra inuiolabilem seruauerunt, uelimus eos munificentiae nostrae beneficiis fecundare, fidelitati tuae precipimus, quatenus prouentus omnis Montellae et Montis Sanctae Mariae iurisdictionis tuae eisdem fidelibus nostris statuas de cetero exhiberi. 2. Et castrum Montellae et castellaniam ipsius habendi et tenendi usque ad triennium concedas eisdem. Ita tamen, quod triennio ipso completo, castrum ipsum ad manus curiae nostrae infallibiliter reuertatur.